Reproduce Pt. II pl 15

PERSPECTIVE

Id est, Celeberrima ars inspicientis aut transpicientis oculorum aciei, in pariete, tabula aut tela depicta, in qua demonstrantur quædam tam antiqua, quam nova ædificia, Templorum sive Ædium, Aularum, Cubicularum, Ambulaciorum, Platearum, Xystorum, Hortorum, Fororum, Viarum, & hujusmodi alia, quæ nituntur suis fondamentalibus lineis, quorum fondamentum descriptionibus clarè exsplicatur, pervtilis ac necessaria, omnibus Pictoribus, Sculptoribus, Statuariis, Fabriferrariis, Architectis, Inventoribus, Cæmentariis, Scrinariis, Fabrilignariis, & omnibus artium amatoribus, qui huic arti operam dare volent, majori cum voluptate, & minori cum labore.

Auctore Ioanne Vredeman Frisio.

HENRIC. HONDIVS SCVLPS. ET EXCVD. CVM PRIVILL.

LVGDVNI BATAVORVM.

James Lemoigne
P. 20 s

Amor meus crucifixus Est



Illustrissimo Generosissimóque
Principi ac Domino, Domino
MAVRITIO,
PRINCIPI AVRIACO, COMITI
A NASSAV, &c.
Marchioni Veriæ & Flissingæ; Gubernatori Præfectóque
Militum summo Confœderatarum BELGII
Provinciarum, earumdémque
Architalasso, &c.

Quem Deus innumeris animi virtutibus ornat,
Iure boni observant, exoptatámque salutem
Supplicibus votis atque omnia fausta precantur.
Te Deus & Virtus tua, Princeps, extulit: omni
Nota Viro Virtus: quam Relligionis amore
Et Patriæ sanctæ parteis diffundis in omnes.
Te colo, te veneror: te Principe dîa Mathesis
Est salva, atque artes sunt salvæ Principe dignæ.
Hinc Tibi sese offert bene culta hæc Optica *nostra,*
Quæ ingenio est oculisque tuis, tum lege probata.
Quo bene prospicimus auctorem respice PRINCEPS:
Es siquidem, cujus virtus spectatur ab omni.

Excellentiæ Tuæ

devotißimus cliens

I. VREDEMAN FRISIVS.

â

Nobilißimis Amplißimisque Viris,
D D.

ORDINIBVS FRISIÆ:

Item

Clarißimis Prudentißimisque Senatoribus Vrbis

LEOVARDIENSIS.

CVm natale solum mihi sit LEOVARDIA clara,
Omnes & dulcis Patriæ ducantur amore;
Hoc *Patriæ* moveor *Patribus* sacrare Labores
Hosce meos, & cui GVILLELMVS præsidet Heros
NASSOVIVS. Nostri tuque ô *Leovardia* testem
Grati habeas animi Librum hunc, in luminis oras
Optica quo prodit, variis expressa figuris.
Non labor exiguus. sit honos & debitus arti
Huic aliquis. Scripto hoc studuit tibi, *Frisia*, Friso.
Aspicite hanc oculis, quę se offert *Optica*, lętis.

Vestræ Amplitud.

humillimus subditus

I. VREDEMAN FRISO.



STVDIOSIS OPTICES
SPECTATORIBVS.

IPse ego, qui primis Artem veneratus ab annis,
Hoc studui, vt nullum tempus abiret iners.
Grata oculis animóque fuit dîa Optica *nostris,*
Atque animo accessit qui facit esse, labor,
Hanc etenim per lustra octo studiosius artem
Excolui. studio, quod doceo, obtinui.
Dicitur ars certa hæc pariat quam regula certa:
Traditur hîc certis Optica *docta modis.*
Ars regit hæc oculos, animos recreátque videndo:
Non oculos falsis ludit imaginibus.
Exacté sculptis ars hîc proposta figuris,
Vt vestris oculis gratius esset opus.
Forté aliquod nomen mihi erit: sed Belgica docta,
Si quod nomen erit, quærat & ipsa sibi.
Hæc si grata oculis; occurret maior imago:
Hanc exornatam pagina multa dabit.

I.V.F.

Præfatio.

SCenographia, ſive Perſpectiva (Studioſi Amatores hujus artis) eſt inſpiciens vel tranſpiciens oculorum acies, quæ in charta, tela, tabula, aut pariete, & coloribus vel alio modo depicta, demonſtratur, vt videre eſt in ſequentibus figuris, idq; quinque lineamentaribus lineis, ex quibus prima baſis, aut linea pedalis eſt, ſecunda linea recta ſive perpendicularis, tertia, linea horiſonalis, aut ocularis, quarta, linea diagonalis ſive obliqua, ab horiſonte ad baſin vſque tendens, quinta, eſt parallella, ſive linea contracta. Licet autem apud multos reperiamus plures antiquos & expertos architectos huic arti operam dediſſe, quiq; ſuas opiniones & fundamenta multis diverſis veriſimilibuſq; argumentis, lineamentis & circulis demonſtrarunt, & in publicum dederunt, idq; apud diverſas nationes, tam Italos, Gallos, quam Garmanos, vt videre eſt in illorū libris, quos hac de re compoſuerunt, inter quos præcipuus quidē fuit Albertus Durus, *qui vt mihi videtur melius & propius naturæ rationem obſervavit & facto ipſo demonſtravit, ad cujus exemplar eandem naturæ rationem, eadem regulâ, menſurâ & fundamēto certis figuris demonſtrabo, quanquam autem hactenus à me novem Scenographici libri inventi fuerint, quiq; operâ* Hieronymi Cock, Gerardi de Iode, Philippi Galle, & Petri Baltens *editi fuerunt, nihilominus, nulla in illis habes hujus artis præcepta, nec etiā ab vllo Belga in hiſce Provinciis data fuerunt, atque ita non præſumptione aliqua, ſed continua inſtigatione, aliquorum hujus artis amatorum, hoc opus ſuſcepimus, perfecimus & edidimus, illudq; ſpe melioris damus, & hac in re ingenioſis ſatisfeciſſe ſperamus. Mementote quoque (Studioſi amatores) hoc opus noſtrum non ad finem perductum fuiſſe ſine magna moleſtia & diſpendio, ideoq; benignè peto vt hoc noſtrum opus veſtra benevolentia & favore promovere potius quam impedire velitis. Præterea vt ad rem veniam, ſciendum eſt qua in re hæc ars conſiſtat, nam quicquid eſt ſupra horiſontem ſive lineam ocularem conſpici non poteſt, nec etiam quidquid infra horiſontem eſt, vt in tertia figura apparebit, modo recta norma obſervetur, & homo ſubſiſtens fundamento ſuo, non ſuperet altitudinē quinque pedum cum ſemi, à baſi vſque ad ocularem punctum, quanquam figura quam Scenographicè delineare volumus ex obliquo poni poteſt, ne aſpectus Perſpectivæ adjutatur, non debet tamē horiſontem altitudine ſuperare, & contractura ejuſdem figuræ fundamento impoſita fieri debet juxta lineam ſupradicti puncti, aſpectus autem dum è loco ſuo circunvertitur, non facit horiſonalem angularem lineam, ſed orbicularem tantùm, vt in prima figura demōſtraturus ſum. Non habui quoque in animo nimiâ prolixitate hujus artis amatoribus moleſtum eſſe & tædioſum, ſed ſolummodo omnia breviter proponere, & figuris apertè demonſtrare, quæ neceſſaria & ſufficere exiſtimavimus ad hujus artis inſtitutionem: Vale.*

Descriptio primæ Figuræ.

QVod ad primam figuram attinet, quæ fundamentum & regulam Perspectivę artis continet secundum naturæ rationem, illa proponitur in hac rotunda figura, & notatur supra hos oculares punctos, litera *a*. sequiturque lineam originalem orbiculatim, juxta circumversionem aspectus personæ, quæ stat in quadro medio, cujus magnitudo pedem non superat, & contractura illius ostendetur infrà in secunda figura. Aspectus verò oculorum, vt experientia docet, non facit quadrangulum, sed vertitur in orbem, vt in Præfatione dictum est, & sicuti in hac horisonali linea patet, supra quam lineam puncti oculorum poni debent, vti hîc notantur; non autem infrà, aut suprà, & ibi, vbi acies oculorum sistitur, nimirum a medio quadro vsque ad oculorum punctum horisontis, vt notatur à quadro vsque ad prædictum punctum, à littera *a*. vsque ad *a*. quod intelligitur de lineis ocularibus, ut autem contractura quadri in orbem fiat, supra punctos vbi lineamenta inter se concurrunt & superincidunt poni debet, atque ita à puncto ad punctum quadratorum contrahentium & in orbem currentium, vt dictum est, non tamen putandum quod omnia hæc puncta vno aspectu simul videri possunt, nam non nisi vnum videre licet, & cùm aspectus circumvertitur, tunc fit aliud punctum atque ita manens in loco vno, & aspectus sese circumvertens, nullus esse punctorum finis, sic quoque fieri debet cum infernè sursum & supernè deorsum aut oblique aspicimus, nam quisque aspectus aliud facit punctum, ideoque hanc figuram certa quadam consideratione vt dictum est, ita in orbem posuimus, sicut imaginari potest.

II.

SEquitur figura secunda, in qua verum Perspectivæ fundamentum, regula & mẽsura demonstratur, incipiens ab inferiori quadro lineæ basis aut pedalis, vsque ad lineam horisonalem & ocularem punctum, quod est altitudo hominis, mensurã quinque pediũ cum semi non superantis à visu suo. Hujus quadri magnitudo pedalis est cũ pertractis lineis, quæ hîc dividuntur in quinque partes ejusdem pedalis mensuræ. A puncto autem orisonalis lineæ, omnes lineæ à puncto basis justè deduci debent ad oculorum aciem, vt figura indicat. Quod ad primum quadrum attinet, vt illius contractura fiat, mensuranda erit justa partitio ab inferiori lineæ basis sursum versus ad mediam partitionem vsque, vel vsque ad hoc quod rectè sub oculari puncto cadit, & sicuti vobis proponimus in hac figura mediam partitionem stellulis notatam, quibus mensurare debes, quantum partitionis tuę angustiores sunt ab vna stellula ad alteram, secundũ artis naturam, inde sequetur, quod quo angustiores sunt versus oculos, eò quoque contractores sunt. Atque ita invenitur justa contractura secundæ lineæ, quæ notatur literis *b*. & *e*. facta secunda linea, deduces lineam ab angulo *a*. ad angulum *b*. & ita deinceps vsque ad lineam horisonalem *f*. debes alterum facere punctum, & ab his duobus horisonalibus punctis notatis *c*. & *f*. deductę erunt omnes diagonales lineę, vsque ad omnia illa sexdecim puncta basis, & ab his diagonalibus lineis, nimirum ab *a*. vsque ad *c*. & à *d*. vsque ad *f*. deduci debent omnes hæ lineæ quæ contrahuntur à linea basis sursum versus punctum illud, vbi lineæ diagonales concurrunt, ad eundem punctum vsque vbi diagonales lineę decussant, atque ita putamus veram rationem, naturam & fundamentum contrahentis quadri demonstrari posse, secundum artem, nihilominus hoc nostrum opus exhibemus, vt tamen cuilibet liberum sit meliora demonstrare: si fieri potest, & hæc quam breviter ostendimus, tanquam fundamentum hujus artis.

III.

TErtia figura, quæ fundamentum, regula & menſura Perſpectivæ artis eſt, vt dictum eſt in ſecunda, in hac figura proponuntur lineæ perpendiculares his literis *a. b. c. d.* notatæ, quę oſtendunt cubiculum quadratum, in quo diſpoſiti ſunt ordine aſſeres quinque ſibi invicem ſuperpoſiti, & juſta menſura diſpoſiti, cujus anguli notantur his literis *f. g. h. i. k. l. m. n. o. p.* quibus oſtenditur, quantum ſinguli aſſeres procul & propè contrahuntur, tam ſurſum quam deorſum, ſicuti poſtulat ratio viſus ocularis puncti horiſontis, qui oſtenditur tribus oculorum aſpectibus, vt demonſtrant eadem contrahentes lineę, excepto generali oculorum puncto, quem cæteræ lineæ ſequi debent, tam cum infernè ſurſum verſus, aut supernè deorſum cernuntur Primus oculus notatus *e.* cujus linea ducta eſt ad inferiorem aſſerem qui notatur literâ *f.* & ab eadem literâ *e.* linea ducta ad *g.* oſtendit tibi ſupremam partem inferioris aſſeris, & ita deinceps ſurſum verſus oſtendit contractionem vnius cujuſque aſſeris, ſimiliter ſecundus oculus notatus litera *q.* oſtendit augmentum aſſeris inferioris dum ejus ſuprema pars intuitur, & ita deinceps ad vltimum ſurſum verſus. Tertius oculus cujus nota eſt *r.* demonſtrat quod quò longius viſus abeit, eò brevior res eſt, & quò propius eò major, etſi intueatur ſurſum aut deorſum, procul aut prope. Perpendiculum autem quadrati loci, illud habet ſua lineamenta à generali oculari puncto, ex quo omnia exſurgunt. ſive in loco illo ſit abbacus, ſive atriũ, aut ſimile quid, omnia illa à ſupradicto puncto debent ſuam habere contracturam.

IIII.

SEquitur quarta figura, tanquam fundamentum regula & menſura Perſpectivæ artis, in qua oſtendũtur, tria quadra infra oculum, vnum ſupra horiſontem vbi viſus tenditur, cujus infima aut ſuprema pars videri non poteſt, aliud ſupra oculum, in quo animadvertere poſſumus, quantum ſuprà aut infrà apparet, in quo etiam demonſtrantur circuli cum contractura illorum, qui notantur his litteris *a. b. c. d. e. f. g.* juxta regulam ſecundæ figuræ, ejuſdemque lineamenta ab oculari puncto, ad baſin vſque. Lineæ quadrorum ductæ à littera *a.* vſque ad *b.* oſtendunt vt hic apparet primam contractionem, à littera *b.* ad *c.* ſecundam, & à *c.* ad *d.* tertiam, ſic quoque ſimiliter quartam & quintam in eadem regula. vt infrà delineatum eſt, juxta punctum & horiſontem à baſi *a.* ad *b.* à *b.* ad *c.* à *c.* ad *d.* à *d.* ad *e.* ab *e.* ad *f.* ab *f.* ad *g.* &c.

V.

SEquitur quinta figura, quæ nititur fundamento, & regula ſecundę figuræ, ejuſdemque lineis notatis ſub originali oculari puncto, in qua apparent tria quadra juxta ſe poſita, & ſuas contracturas oſtendentia, tam à latere, quam ſuprà, juxta naturam artis, in primis nimirum videre eſt regula perpendicularis, in primo quadro cujus notæ ſunt *a. b. c. d.* hujus lineæ *a.* delineata ſupra ocularem punctũ, & iterum deducta vſque ad *b.* & ſupra lineam pedalem diviſa in quatuor partes, ſimiliterq. *a.* deducta ad lineam oriſonalem, & litera *b.* ad mediã partẽ quadri, oſtendit contracturam quadri, vt hic notatũ eſt, ſecundum autem quadrum, in tres partes diviſum, cujus ſinguli anguli notantur his literis *b. e. f. g.* innititur quoque eodem fundamento, juxta eundem ocularem punctum à litera *e.* vſque ad ſupradictum punctum, demonſtrat contractionem ſecundi quadri,

& tertij

& tertij quadri ſupra eaſdem ſupradictas lineas ocularis puncti. Primum quadrum quatuor habet æquales partes, ſecundum tres, & tertium duas quę ſimul novem faciunt partes, vt in hac figura notatur, in qua ſatis apertè demonſtratur naturæ ratio & contractio quadrati corporis, ſupra vnumquodque oppoſitum quadrum poſitus eſt circulus, vt recta contractura à parte anteriori demonſtretur, ita ſimiliter fiunt contractiones circulorum à latere, à parte ſuperiori & inferiori, ex quadris, ſed iſta hic omiſimus propter multitudinem linearum.

VI.

SExta figura eundum habet fundamentum, & eaſdem lineas vt ſuprà, in qua oſtenduntur & videri poſſunt lineas contrahentes perpendiculi, vt videre eſt in his decem erectis quadris, quorum duo prima ſunt in eodem ordine poſita, & vbi fundamentum illorum decurtatur, ibi notantur his literis *a.a.* ſequuntur deinde duo alia notata *b. b.* tertia *c. c.* quarta *d. d.* quinta *e. e.* omnia juxta Perſpectivæ fundamentum, inter ſingula erecta quadra, habes tres partitiones, quæ ex fundamento oſtendunt vniuſcujuſque contractionem, vt clarè in figura demonſtratur.

VII.

SEptima regula innititur eodem fundamento, eadem regula & lineamentis ab oculari puncto ad lineam pedalem vſque, & lineam originalem, in qua demonſtratur diſtantia erectæ lineæ perpendiculi, colomnis aut trabibus, inſervientibus ligneo edificio, cum ſuis tignis in quibus trabes ſedent, quę omnia ſuam habent contracturam, juxta ſupradicta lineamenta, vt in infima ſerie trabum quoque videre poſſimus, & ſupra lineam originalem trabes cum contracturis, & in partitionibus ſuis æquali diſtantia poſitæ, & ijſdem literis notantur *a. a. b. b. c. c. d. d. e. e. f. f.*

VIII.

FIgura octava, cum eodem fundamento, regula, & lineamentis vt ſuprà, in quo fundamento notantur perpendiculares ſive colomnę erectæ, ad epiſtylium ſive capitulum vſque, à literis *a. a.* vſque ad *f. f.* quę linea capituli ſive teniæ, ſeſe extendens vſque ad ocularem punctum horiſontis, & à capitulo ad capitulum deducta, quorum capitulorum ſive columnarum medius punctus notatus *a. a.* & deductus ad ocularem punctum, oſtendit ſupra vnamquamque lineam circulum puncti arcuum, vt apertè in hac figura demonſtratur, habes quoque à latere edificium ſive Architecturam ex eodem oculari puncto deductam & notatam litera *g.* quæ eodem fundamento, & lineamentis innitur.

IX.

SEquitur figura nona, cum eodem fundamento, & lineis vt ſuprà oſtenſum eſt, hæc figura inſervit cæmentarijs, ſive fabris lignarijs, qua ſibi exemplar delineare poſſunt angularis domus, idque in parva forma, cujus etiam longitudinem & latitudinem habeant cum contractionibus ſuis, cujus duo latera foris cernuntur, atque intus etiam, cum ſuffultionibus ſurſum verſus (omnia ſeſe contrahens ſecundum artis naturam) in quarum foraminibus notantur punctulis juſtæ partitiones ſicuti contrahuntur, tam ſupra quam infra horiſontem, vt figura tibi oſtendit, quæ omnia diſponuntur, & contrahuntur ſecundum ocularē punctum, & horiſontis puncta, vt dictum eſt in ſecunda figura.

Figura

X.

FIgura decima, quæ eundem habet fundamentum vt suprà dictum est, in qua continentur sex quadra, inter quæ tres sunt crateres, singuli habentes suam contracturam juxta ocularem punctum horisontis, & earundem linearũ vnumquodque quadrum cõtinens in ambitu suo tres partes supra lineam pedalem, tres quoque partes in quibus contractio cernitur, tria autem quadra sese insequuntur, & ostendunt contracturam vniuscujusque quadri, secundum distantiam fundamenti vt notatũ est his literis *a. b. c.* sub oculari puncto, sic quoque tria quadra ex obliquo cernuntur lateraliter secundum eundem supradictum punctum, notata his literis *d. e. f.* præterea juxta supradictum punctum & lineas, videre est è latere edificium quoddam cum sex columnis, & columnarum capitulis & arcubus, epistylijs, zophoris, coronis, quarum rerum contractura cernitur in hac figura, secundum hujus Perspectivæ artis naturam & fundamentum.

XI.

VNdecima figura, quæ eodem fundamento, regula & lineamentis innitur vt suprà, in qua apparent duo quadrati crateres, qui duas partitiones cum semi continent, & supra lineam pedalem sese contrahunt versus ocularem punctum horisontis, quibus impositi sunt duo quadrati & mobiles lapides, justam suam mensuram habentes, quique à linea horisontis suam contracturam ostendunt, vt imprimis lapis ille notatus *a.* cujus infima angularis linea quadri, ab vtroque latere juxta normam deducta supra lineam horisontis, cujus lineæ puncta notantur literis *b. c.* & deducuntur à *c.* ad *d.* & iterum à *c.* ad *e.* & ab alio latere contractio crassitudinis quadri deducta à *c.* ad *b.* & ita à *d. e.* ad *b.* & à *g. f.* ad *b.* Apertè tibi demonstrat contracturam mobilis lapidis aut ligni, sicuti quoque videre est in reliquis mobilibus lapidibus notatis *h. i.* quæ omnia originem trahunt ex linea horisontis, idque vno aspectu ocularis puncti, secundum artis naturam, supra eundem fundamẽtum positum est quoque ædificium cum ascendentibus gradibus, & ascensus quadratus cum arcu sive porta, quæ omnia contrahuntur secundum supradictum punctum & artis naturam.

XII.

SEquitur duodecima figura, eodem fundamento, regula & lineamentis, in qua positi sunt quatuor quadrati crateres, quorum lineę deductæ sunt à fundamento ad punctum ocularem, vt suprà satis ostensum fuit, ex quibus vnus imponitur linea pedalis, cujus nota est *a.* qui contrahentem suam crassitudinem habet à norma, cujus linea notatur *b.* deducta versus lineam horisontis, similiter lineæ *c.* & *d.* vt notatur in figura, ostendunt contrahentem crassitiem quadrati crateris, sic quoque videre est lapidem aut lignum quadratum, impositum duobus crateribus extra ocularem punctũ, notaturque litera *e.* Suam habet distantiam vt in vndecima figura dictum est, eodem modo lapis ille qui notatur *f.* Sciendum tamen est quod omnes illi lapides qui moveri possunt, & extra ocularem punctum positi sunt, proprium sibi punctum supra horisontem habent, vt tibi clarè in hac figura ostenditur. Hîc quoque figuram habes Architecturæ, ex tribus extensis arcubus, duo ab vtroque latere, & vnus in medio, secundum naturam & regulam artis.

XIII.

SEquitur figura decima tertia, eodem fundamento, regula & lineamentis vt ſuprà, in qua poſitum eſt octangulum, notatum *a.* cujus anguli (ſupra ſua contrahentia puncta notati literis *b. c. d. e. f. g. h. i.*) contrahuntur verſus ocularem punctum & lineam originalem, præterea cernuntur tria quadra, in quinque partes diviſa & in baſi æqualia, cum his notis *k. l. m.* quibus oſtenditur vniuſcujuſque contractura, verſus ocularem punctũ ex obliquo tendens, linea oriſontis (vt ſatis clarè demonſtratum eſt in quarta figura) demonſtrat contracturam quadratarum partium, vt figura tibi oſtendit, habes adhuc in eodem fundamento duas ſcalas aſcendentes, ſecundum altitudinem horiſontis puncti, & ab altera parte formam crateris, ad ſupradictum punctum formatam, vt figura apertè demonſtrat.

XIIII.

SEquitur figura decima quarta, eodem fundamento & lineis vt ſuprà, cum partitionibus vt in figura notatur, ſecundum Scenographiæ artem, in qua repreſentatur Architectura ædificij quadrati, cujus fundamentum in vndecim partes dividitur, idque cum ſex arcubus ſingula capitula quadri, vnam continent partem, & inter exſtentiones arcuum quatuor interponuntur partes, quæ capitula columnarum ad ocularem punctum tendentia, tibi apertè oſtendunt circulum arcuum, ex tali quadrata diviſione, cum crucibus & lineis angularibus, vt in hac figura oſtenditur, ſequuntur deinde ceteri contrahentes arcus, cum quadrato cratere, comprehendens tres partes infra ocularem punctum ex fundamento vt ſuprà, quæ omnia juxta ſupradictũ punctum & oriſonalem lineam contrahuntur.

XV.

FIgura decima quinta nititur eodem fundamento, vt ſuprà, in qua continentur tres diverſi crateres, quorum vnus duodecim habet angulos, alter octo cum circulo, ſupra quem ſuſpenditur coopercul ũ habens eaſdẽ partitiones quas inferius corpus habet, quibus oſtenditur contractura illius juxta altitudinem, & originalem ocularem punctum, & eaſdem diagonales lineas, quę formę orbiculares ex quadro fieri debent, & notantur his literis *a. b.* quod ad craterem attinet habentem duodecim angulos, cujus nota eſt *c.* habet ille ſuam partitionem ex oculari puncto, & ex lineis oriſonalibus, cum contrahentibus paralellis, quibus anguli ſuperſtrui debent, altitudo & craſſitudo eodem modo ſe contrahi debet, quod ad octangulum craterem attinet, cujus nota eſt *d.* anguli ejus & lineamento eodem modo ſe habent, hîc quoque videre eſt ædificium cum duobus arcubus, cum gradu remoto, omnia juxta ſupradicta lineamenta, & Perſpectivæ artis naturam.

XVI.

SEquitur decima ſexta figura, ſupradictum fundamentum delineata, in qua videre eſt Architecturam ædificij, ſecundum ocularem punctum, & lineas oriſontis, in medio illius videre eſt arcus cum tribus extenſis arcubus quibus inſpicitur, cum tabulatis ſuis, & lateralibus arcubus juxta exſpanſiones capitulorum, quod ad januas & feneſtras attinet quæ ex obliquo ponuntur, ſequuntur eadem lineamenta, vt amator videre poteſt.

Sequi-

XVII.

SEquitur figura decima ſeptima, cum eodem fundamento, in qua notatur ædificium cum tribus arcubus (juxta aſpectum ocularis Perſpectivæ puncti) cum duobus lateralibus arcubus, in quibus oculi immitti poſſunt, ſupra eundem punctum ſub medio arcu cernitur lapis octangulus quadratus, cujus quatuor puncti his literis *a. b. c. d.* notati, & ſupra horiſontem deducti oſtendunt contracturam vniuſcujuſque anguli, ſecundum Scenographiam, cui lapidi imponitur annulus rotundus, ab eodem oculari puncto deductus, supernè æqualem habet altitudinem cum horiſonte, & inferius inſpicitur ſecundum eaſdem lineas, ſupra laterales arcus poſita ſunt duo foramina rotunda, cum contracturis vbi tranſpiciuntur, & à tergo cum punctulis demonſtrantur juxta contracturam ſupradicti ocularis puncti.

XVIII.

SEquitur decima octava figura ad eundem punctum & lineas delineata, vt in ſecunda figura demonſtratum eſt, in qua poſitum eſt ædificium cum ſeptem arcubus, juxta Perſpectivæ artis naturam, columnæ à fundaméto notatę habent ſuas partitiones, his literis notatas *a. a.* eadem magnitudine, ſic quoque vbi ſunt hæ literæ *b. b.* & ſimiliter *c. c.* & *d. d.* ſicuti contrahuntur cum ſuis teniis & capitulis, ſeſe extendentes verſus oculorum aciem horiſontis, quibus impoſiti ſunt circuli arcuum, vt antè oſtenſum fuit, in medio habetur menſa, notata litera *f.* quæ reſpicit oculorum aciem, & cujus ſuſtentacula tam infrà quam ſuprà ſuas habent contrahentes lineas, pręterea ſcamnum quaſi tranſpoſitum è loco ſuo, cujus lineamenta ſeſe extendentia ab inferiori parte ſcamni ſecundum normam ad horiſontem notata *e.* vt ceteræ lineæ tibi apertè oſtendunt, tam latitudinem quàm longitudinem, vt ſuprà ſatis quoque demonſtratum fuit.

XIX.

SEquitur figura decima nona, eadem proportione vt ſuprà, cum regulis fundamentalibus lineamentis & tribus punctis, ſcilicet cum oculari puncto, & horiſontis punctis, ſupra quod fundamentum poſitę ſunt quatuor figuræ, quæ moveri & tranſponi poſſunt, & notantur his literis *a. b. c. d.* ex quibus illa quæ notatur *a.* continet angulos octo, quorum angulorum lineæ contrahuntur verſus punctum, vt videre eſt in hac figura: illa præterea quę notatur *b.* ſex habet angulos, & fundamento ſuo innitur ſecundum eadem lineamenta ſupra oculorum aciem, & originalia puncta, quæ hîc notantur literis *e. e.* ab illius angulis iiſdem literis notatis, & ab illis delineatis, apertè oſtendunt veram contracturam juxta Scenographiam, ab altera parte habes quadrum notatum *c.* cujus argumenta & lineamenta apertè demonſtrãtur, ex quibus ſuam cõtracturam habet, ita quoque quadrum notatum *d.* oſtendit contracturam ſecundum oculorum aciem & altitudinem horiſontis, vt in hac figura videre eſt, &c.

XX.

VIgeſima figura ad eundum fundamentum, & lineamenta diſpoſita vt ſuprà, in qua apparent contracturas trium Stylobatum lateraliter ſibi invicem oppoſitarum verſus ocularem punctum, in quarum medio videre eſt figura rotundi crateris fonti, cum ſuis contrahentibus lineis, hic quoque addita eſt Architectura ædificij cum tribus contrahentibus lateralibus arcubus, & à fronte apparent arcus octo cum ſemi in rectą linea, omnia cum ſuis ſupradictis lineamentis, ex oculari puncto

 demon-

demonstratis, secundum naturam Perspectivæ artis.

XXI.

VIgesima prima figura, supra easdem fundamentales lineas vt suprà, in qua demonstrantur duæ Stylobatas à fronte versus ocularem punctum sese contrahentiam, quibus impositus est Leo decumbens, sese contrahens secundum easdem lineamenta, & in medio crater fontis quadratus, fundamento suo innitens cum suis contracturis, vt lineis supradicti puncti clarè demonstratur, his additum est ædificium, comprehendens in se arcus octo, & ab vtroque latere tres inspicientes arcus, & intrinsecus duo sibi invicem oppositi, cum suis pilastris sive columnis & capitulis, omnia ad lineamenta proposita delineata, &c.

XXII.

FIgura vigesima secunda, quæ hîc pręcipuè posita in gratiam pictorum & hujus artis studiosorum, vt hac vti possint inter depingendum, vt hoc modo facilius & minori cum labore columnas delineare possint, vt ex eodē fundamento facilè fieri potest, nihilominus fundamentum hîc apposuimus, vt ostenderemus hæc præcepta cum fundamento convenire, vt igitur hæ columnæ rectè delineantur à parte suprema, ita vt cum ratione naturę conveniant, pones primam tuam columnam vbi tibi placuerit, & secundam à prima distantem æqua proportione & latitudine, tam in suprema quàm in illius infima parte, secundum lineas ocularis puncti, sicuti disponi solet. Præterea à lineis notatis *a.b.* quæ tam à suprema quàm infima parte capituli secundæ columnæ deducuntur, oppones normam lineæ in medio secundæ columnę, supra punctum quod subjacet capitulo, supra quod linea *a.* transgreditur, & tunc deducere ad lineam *b.* & vbi linea fruitur, deduces juxta normam ab hoc puncto deorsum versus, vsque ad lineam *c.* quę ab infima parte notat medium punctum basis, sic iterum deducta cum norma à linea *a.* vbi linea tertiæ tuæ colomnæ punctum facit, vsque ad lineam *b.* & tunc iterum deorsum versus deducta, vt dictum est, & sic medium invenies quartę colomnę, & ita deinceps in omnibus columnis. Quod ad Architecturam attinet, illa eodem ordine disponi debet, vt tibi hîc propositum est secundum naturam hujus artis.

XXIII.

SEquitur vigesima tertia figura, cum suis fundamentalibus regulis ab horisonte deductis, cujus ocularis punctus separatim positus est, qui aspectum hujus columnarum ædificij facit, quarum stantia delineata est supra punctuales lineas horisontis, vt videre est in his lineamentis, prima columna notatur literâ *a.* & sequentis literis *b. c. d.* quarum lineæ sese extendunt, tam suprà quam infrà ad supradicta duo puncta horisontis, sic quoque lineamenta columnarum, basium, capitulorum, epystolorum, zophororum & coronarum ostendunt veram illarum contracturam, sequitur præterea pars Architecturæ notata *e.* cujus aspectus ex obliquo procedit ex eodem vultu ocularis puncti, sese extendens, & contrahens secundum horisontis puncta, vt facilè obseruari potest in hac figura.

XXIIII.

VIgesima quarta figura, ijsdem fondamentalibus regulis horisontis superstructa sicut præcedens, cujus ocularis punctus separatim positus est, & faciem hujus columnarum ædificij facit, hoc ædificium extrinsecus comprehendit juxta supra-

ſupradictum punctum ab vtroque latere ſex colomnas his literis notatas *a. b. c. d. e. f.* ſpatium inter vnamquamque columnam in quinq. dividitur partes ex fundamento. Præterea ſunt aliæ columnæ tranſpicientes & in formam quadri diſpoſitę, in medio loco ædificij videre eſt quadrata platea, ſuam habens magnitudinem, ſicuti inſpici poteſt ſecundum Scenographicam artem, columnæ ſuam infernè habent baſin & ſupernè ſua capitula, epyſtilia, zophora & coronices, ſicut etiam ſuperius cernuntur pilaſtri, ſive parvę columnæ, interpoſitæ inter pyramides, quæ reſpondent ſupradictis columnis, hac omnia juxta naturam & rationem Perſpectivæ artis ſeſe contrahentia, vt in figura apparet.

XXV.

VIgeſima quinta figura, quæ iiſdem fondamentalibus regulis ſuperſtruitur, ſecundum Perſpectivę naturæ rationem, vt in ſecunda figura demonſtratum fuit, ſuper quod fundamentum poſitum eſt ædificium cum quatuor columnis æquali diſtantia ſuper lineam ocularis puncti poſitis, & infernè vt ſuprà notatis literis *a. b. c. d.* ex quibus lineis aliæ columnæ hîc poſitę ſuas demonſtrationes habent. Ab alio latere apparet aliud ædificium cum tribus diverſis gradibus, quorum vnus aſcendens notatus *e.* duo alii deſcendentes ſunt & notantur *f. g.* omnia ſecundum ocularem lineam, in ſummitate aſcendentis gradus, eſt gradus ſive aſcenſus amplus, quorum teniæ ſua habent lineamenta, demonſtrata ſecundum ocularis puncti lineas.

XXVI.

SEquitur figura vigeſima ſexta, ſuper eaſdem fundamentales regulas & lineamenta vt ſuprà, in qua videre eſt recta diſpoſitio fornicis decuſſantis; quod demonſtratur arcu continente amplitudine ſua partes quinque ex fundamento vt ſuprà, itidem ab vtroque latere, in quibus poſitæ ſunt lineę rectę ſive perpendiculares, & lineę diagonales & ocularis puncti, ex quo deducuntur vſque ad baſin, cujus nota eſt *a.* & iterum vſque ad *b.* & litera *a.* deducta ad oriſonalem punctū, ſicut etiam *b.* ex altero latere horiſontis denotat ex fundamento diſpoſitionem columnarum, vt ſuprà ſatis oſtenſum fuit, ſimiliter ex altero latere cujus notę ſunt *c. d.* atque ſic etiam ſupra horiſontem delineata. Hic etiam delineantur ex oculari puncto, & ex diagonalibus punctis tres lineæ, quæ his literis *e. f. g.* demonſtrantur, vbi illę concurrunt quibus oſtenditur medius & punctus fornicis, ſic etiam linea notata *h.* altitudinem duorum lateralium arcuum, ab vtroque latere tam extrinſecus quàm intrinſecus, à qua linea *g.* deduces circulum arcus à fronte, ſic itidem ſecundus à fronte, & ſic deinceps, quotquot ſunt inſpiciẽtes arcus, & fornix ſimiliter cum circulo cõcurrens, cujus circuli puncta duobus aſteriſcis demonſtrantur, quibus oſtenditur vbinam poni debent, ex hoc fornicis exemplo poſſunt ſubſequentes fornices fieri, & hæc ſufficient pro recta diſpoſitione fornicis, omnia breviter & clarè cum ſuis lineamentis demonſtrata ſunt, ex his quoque quæ diximus plus intelliget inquiſitor, quàm ex prolixioribus deſcriptionibus.

XXVII.

VIgeſima ſeptima figura, eundem habens fundamentum & lineamenta vt ſuprá, in qua ponitur ædificium Architecturę, cum facie trium arcuum ſecundum modum antiquum columnarum delineata, ex quibus medius arcus quinque continet partitiones, & duo laterales arcus, tres partes ex fundamento, quarum columnarum baſis & capitula ſeſe extendunt cum ſuis lineamentis ad ocularem punctum, ſic quoque ſe habent

inſpi-

inſpicientes columnæ, tam ex obliquo quam in medio, ſic etiam arcus tam ex obliquo quam in medio habent ſuas contrahentes lineas ocularis puncti, quod attinet ad contracturam fornicis arcuum antè oſtenſum fuit, & figura ipſa facilè docebit ſtudioſum hujus artis.

XXVIII.

FIgura vigeſima octava eodem fundamento vt ſuprà nititur, in qua habes formam inſpicientis cubiculi, juxta lineas Scenographicas, cum perſonarum figuris, janius & feneſtris, ſingulæ ſuam habentes diſtantiam, ſecundum oculorum aſpectus. Ianua notata *a.* oſtendit ſuam aperturam & clauſuram quæ punctulis in fundamento demonſtratur, juxta eaſdem lineas ocularis puncti, & paralellas ſive lineas obliquas, ejus delineatio tres continet partitiones, quæ illius media pars eſt in fundamento, ſecundum aperturam Ianuę tam ſuprà quam infrà, in qua apertura & clauſura Ianuę videre eſt. Ianua *b.* à fundamento quatuor continet partes, cujus apertura & clauſura octo comprehendit partes, vt figura illud demonſtrat, ſimili modo Ianua quæ notatur *c.* quod ad feneſtras attinet, illæ eandem naturam cum Ianuis ſequi debent, juxta illarum altitudinem & magnitudinem: His adjunguntur tres figuræ, ex quibus vna in fundamento decumbit, aliæ duæ erectę ſunt ad eandem altitudinem, quarum contracturæ ab inferiori loco deduci debent, non autem à ſuperiori loco, ſiquis figurarum contracturas quæ eodem fundamento nituntur, oſtendere velit. Quod ad tertiam figuram quæ fundamento jacet, illa ſuam contracturam oſtendit ex oppoſito erectarum figurarum, non excedentem pedes quinque cum ſemi, cujus nota eſt *c.* & cujus longitudo ſupra fundamentum notatur, quę omnia contrahuntur ſecundum oriſonalem & ocularem punctũ, modo hæ ſex partitiones cum ſemi, quas figuræ continent, delineata ſecundum veram diſtantiam perſonæ non ſuperantis pedes quinque cum ſemi, illius aſpectus.

XXIX.

VIgeſima nona figura, eadem fundamentali regula & lineamentis ſuperſtructa, cujus formę ſuprema pars cernitur propter fornicem, in cujus forma comprehẽditur ambulacrum in quo inſpicitur ſecundum artis naturam, illius latitudo dividitur in partes duodecim, & altitudo in undecim à tenia ſive ora quadrata, quæ tenia quadratam figuram capit ſecundum Scenographiam, & lineam ocularis puncti, ſub qua tenia poſitus eſt arcus inſtar januæ, & ab vtroque latere feneſtrę quoque poſitæ ſunt, & in medio arcus menſa, cujus longitudo, latitudo & altitudo contrahitur ſecundum artis naturam, ſupra quam vides figuram decumbentis hominis, juxta contracturam oculorum aciei, cujus longitudo pedes quinque cum ſemi continet, ſecundum contracturam fundamenti & ſupradicti puncti, vt figura tibi demonſtrat. Quod ad modum diſpoſitionis fornicis attinet ſuprà demonſtratum eſt, & hîc originem capit à puncto teniæ notato *a.* & deducto ad punctum *b.* à cujus linea in medio circuli arcuum deducta, delineatur primus & ſummus arcus, à ſecunda linea teniæ, notata literis *c. d.* & ſequens *e. f.* à qua linea *c. d.* & medio puncto delineatur ſecundus arcus, ſic quoque tertius *e. f.* quod attinet ad modum diſponendi decuſſationes fornicis, hîc tibi demonſtratur punctus circuli aſteriſco, ex quo illæ deducuntur, vt figura apartè oſtendit.

XXX.

SEquitur figura trigeſima, cum ſuis fundamentalibus regulis & lineis tam ocularis puncti quàm horiſontis, in qua

qua positæ sunt quinque figuræ, juxta eadem præcepta, vigesimę octavæ figuræ, ex quibus illa quæ notatur *a.* stans à tergo vultum tendit versus ocularem punctum, & figura *b.* gradu vno altior est, figura *c.* duobus gradibus altior, figura vero *d.* quinque gradibus altior & quinta figura innitur eodem fundamento cui innitur figura *c.* vt hoc modo ostendatur quo modo disponi debent, juxta Perspectivam, cum ęqua distantia, juxta locum in quo ponuntur, sive ille altus sive humilis sit, ejus autem contractura ex fundamento, non ex supernè, nisi alio fundamento imponantur, vt in hac figura ostendi debet, ædificium autem quod hîc ponitur, sequitur eundem ocularem punctũ & orisontis lineas, vt figura demonstratur.

XXXI.

TRigesima prima figura, eodem fundamento, secundum ocularem punctũ & horisontis puncta, juxta naturam artis, in qua continetur scala sive gradus quadratus, ascendẽs cum quatuor suis gradibus amplis interpositis sese contrahentibus, secundum supradictas lineas, vt figura clarè lineamentis ostendit, quod ad reliquum ædificium hic additum, sequitur eandem naturæ rationem prædictarum linearum, sicut studiosus amator facilè observare poterit.

XXXII.

FIgura trigesima secunda, cum eodem fundamento, in qua positus est gradus remotus & quadratus, à quatuor partibus ascendens, & in medio quadratus locus sive turris, circa quem scala, cum suis gradibus amplis posita est, supra quam à quatuor partibus ascenditur octo gradibus ascendentibus, supra amplum gradum interpositum, qui gradus interpositus notatur inferius sursum versus *a. b. c. d.* hi supradicti gradus, cum gradibus interpositis, suas habet demonstrationes, juxta contracturam oculorum aciei, & punctorum horisontis, quod ad architecturam illa sequitur easdẽ lineas, vt figura demonstrat, juxta naturam hujus artis.

XXXIII.

FIgura trigesima tertia, in qua tibi ob oculos posita est scala cochlidis, quæ suam contracturam è supernè deducit, hæc scala suas habet partitiones inferius ex circulo deductas, & cujus media pars, partes continet sex, quę partem novem constituunt gradus in toto circunducto, hæc scala quatuor habet circumductiones cum semi, & vnaqueque circunducto notatur his numeris 12. 24. 36. 48. & suprema pars scalæ 55. deducuntur autem cum lineis punctuatim deductus versus ocularem punctum, ex quo deducuntur duę lineę, cum subdivisis contrahentibus graduum, quod ad lineas attinet quę ab vtraque latere scalę ponuntur, & his literis notantur *a. b. c. d. e.* illę demonstrant justam contracturam ex vno loco sursum versus, versus supradictum punctum, ex lineis scalę notatis *f. g.* cum adjunctis paralellis quę notantur ab *a. b. c.* vsque ad *i.* inveniuntur graduũ contracturæ, vt tibi figura demonstrat, vt autem hæ scalæ Scenographicè depingantur, quo modo illud fieri debet demonstrabitur in sequenti trigesima quinta figura, hæc figura autem inservit solum ad intelligendũ illius fundamentum, hîc quoque scire debemus quod omnia, quæ superius sunt, à frontè, vel à latere, & vbicunq. oculi sese circumferunt, cõtrahuntur juxta hujus artis naturam.

XXXIIII.

SEquitur trigesima quarta figura, continens scalam in gyrum ascensilem, non sese contrahentem, nisi secundum circumductionem schalæ, quæ circumductio habet sexdecim

F partes

partes ſive gradus ex fundamento circuli clarè demonſtratas, cum ſuis partitionibus, quæ oſtenduntur ab his numeris 1. 2 3. vſque ad 16. qui oſtendunt ex rotundo circulo ſcalæ totam circumductionem, & contrahentes gradus, vt quis intelligat fundamentũ graduũ, hoc apertè oſtendetur in trigeſima ſexta figura, hęc autem inſervit, vt illa facilius comprehendi poſsit.

XXXV.

TRigeſima quinta figura, eodem fundamento ſubſtrata vt prius, in qua ponitur ſcala cochlidis Scenographicè delineata, quæ quater circumducitur, vt videre eſt in ſcapo ſive trunco ſcalæ, ex quo ſinguli gradus ſeparatim ſuam habent contracturam, ex horiſonte deductum, quod tibi in ſequenti figura demonſtrabitur. Quod ad hanc attinet, juxta præceptum ſuperioris trigeſimæ tertię figuræ, quod autem ad contracturam juxta altitudinem atque etiam diſpoſitionem attinet, obſervabis has quatuor lineas, notatas *a. b. c. d.* ab vno latere, quę lineæ deducũtur à primis gradibus, & delineantur ab inferiori notata linea *a.* ad horiſontem vſque, ſupra cujus punctum tres aliæ lineę *b. c. d.* deduci debent, idem facies ab altero latere cum quatuor lineis notatis *e. f. g. h.* atque ita invenies quomodo gradus ſuprà, contrà & infrà videri poſſunt, quod ad ambulacrum attinet, ſinguli gradus ſuam habent parvam columnam, juxta artis naturam delineatam à tergo ſcalæ, atque etiam ab vno latere adjuncta eſt Architectura inſpicientis cubiculi, ſupra & infra horiſontem, omnia juxta ocularem punctum & lineas horiſontis.

XXXVI.

SEquitur trigeſima ſexta figura, eodem ſuprademonſtrato fundamento ſuperſtructa, & cũ lineamentis ocularis puncti & horiſontis, in qua delineata eſt ſcala cochlidis cum ſuis lineis, à ſupradicto puncto deductis, ſecundum artis naturam, vt videre eſt in aſcenſu circũducentis ſcalę, in quo oſtenditur gradatim ſuã contracturam ex horiſonte, ſcapus ſupradictæ ſcalæ innitur fundamento, & centrum facit illarum octo partiũ continentis ſcalę, tam juxta latitudinem, quàm contracturam, ſecundum lineas ordinarias fundamenti, ex quibus gradibus cum ſuis partitionibus ſupra ſcapum notatis, tres gradus faciunt altitudinem duorũ pedũ, & ſex, novem pedum, & ita deinceps ſurſum verſus, juxta proportionem graduum & altitudinem hominis, qui gradus ex fundamento oſtendunt ſuas partitiones & contracturas in hac figura, vt videre eſt ab inferiori gradu *a.* juxta eandem lineam, ad horiſontem vſque, ſic quoque ſecunda linea ſcalæ ad eundem punctum deducta oſtendit ejus contracturam, & quantũ ſurſum videri poteſt, juxta naturam artis, ſecundus gradus notatus *b.* delineatus ſupra horiſontem, & ſecunda linea, ſive altitudo ſcalæ in ſcapo demonſtrata, & ſupra eundem punctum delineatą, oſtendit contracturã ſecundę ſcalæ, & quomodo ſurſum verſus videri poteſt, ex fundamento verſus ocularẽ punctum, & ita deinceps, toties quoties ſcala in gyrum vertitur, modo puncta ſemper verſus horiſuntẽ ſeſe extendeant, vt tibi clarè demonſtratur in ſcapo ſive ſupra gradu lineis punctim deductis, & perſcrutando invenire poteris. Præterea his additur ædificiũ, in quo videre eſt ſcala à tribus partibus aſcendens, & in aperto cubiculo poſita cum ſuis feneſtris, ab altera parte videre eſt menſa, eodem fundamẽto impoſita, præterea adhuc janua ſemiaperta notata *a.* continens è fundamento partes quatuor, & in apertura adhuc partes quatur, ita vt illius integra apertura, partes continet octo, juxta circumferentiam circuli, in fundamẽto notatã, omnia juxta lineas ocularis puncti & horiſontis, & ſecundum Scenographię artem, vt tibi figura apertè oſtendit, & amator ſtudioſus melius invenire poterit, & cognoſcet quid hęc ars ſecum adfert, cujus regulæ hîc demonſtrantur.

Sequi-

XXXVII.

SEquitur figura trigeſima ſeptima eandem Scenographiæ naturam, & eaſdem lineas oculares, in qua habes ædificiũ quod infernè ſurſum verſus videri poteſt, & quadratum eſt, cujus inſpectio dividitur in columnas octo, quarum lineę deductæ ab oculari puncto, ad hæc puncta quæ his literis notantur *a. b. c. d. e. f. g. h. i. k.* oſtendunt illius contracturam juxta Scenographiam & contracturam columnarũ, Stylobatarum, & Podii, cum ſuis baluſtris ſive parvis columnis, quiſq. ſuam habens altitudinem & contracturam juxta lineam ocularis puncti, ſic quoque ſurſum verſus videtur Epyſtilia, Coronæ, Zophori, ſeſe contrahentes, quique infrà & contra videri poſſunt. Præterea videre eſt fornix quadratus, & ex obliquo quatuor rotunda foramina, omnia poſita ſecundum lineam contractam ocularis puncti, vt figura tibi manifeſtè demonſtrat.

XXXVIII.

FIgura trigeſima octava, ſequitur quoque lineas oculares Perſpectivæ, in qua delineatus eſt circulus, qui inferius ſurſum verſus inſpicitur, & cujus forma dividitur in columnas octo, quarum columnarum lineæ ab oculari puncto vſque ad puncta, notata ab *a. b.* ad *h.* vſque delineata, oſtendunt vt figura quoque clarè demonſtrat diſtantiam aciei oculorum, ſupradictarum columnarum Stylobatarum, & Podii cum ſuis baluſtris ſive columnis, quæ omnia ſuam juſtam obinent altitudinem & contracturam, juxta lineam ocularis puncti, ſic quoque ſuperius, infrà & contra cernuntur Epyſtilia, Coronæ & Zophori. Præterea videre eſt fornix rotundus, quæ omnia contrahuntur juxta lineas ocularis puncti, &c.

XXXIX.

FIgura trigeſima nona, ad eandem naturam, & ſecũdum eadem præcepta aciei oculorum, vt duæ pręcedentes, continens formam quinque ambulacrorum è ſuperne deorſum verſus inſpicientium, quę delineantur ex inferiori quadrato fundamento, quod hîc demõſtratur & dividitur in novem partes, habentes formam quadratam, in qua ab vtroque latere ponuntur tria oſtia, quibus ſuperſtructum eſt primum & inferius ambulacrum reſpectu puncti, in quibus ambulacris coronæ circunducuntur ex parvis columnis ſive baluſtris, quę pręcipitium prohibent, inter quas ponuntur alię columnæ, quibus ambulacra ſibi invicem innituntur, notantur autem primum ambulacrum *a.* ſecundum *b.* tertium *c.* quartum *d.* quintum & ſupremum *e.* cum lineis contrahentibus ocularis puncti, ſtylobatarum, & columnarum ſive baluſtrium, è ſuperne deducitur linea tranſverſa, & in formam crucis, cujus anguli notantur *f. g. h. i.* oſtendens juſtam proportionem è ſuperne, cum duobus oſtiis ex obliquo ambulacri poſitis, cum gradibus deſcendentibus & inſpicientibus, omnia ſecundũ naturam artis, & lineas ocularis puncti contrahentia, vt amator ſtudioſus in hac figura inveniet.

XL.

QVadrageſima figura, cum ſuis regulis & menſuris linearũ, ſecundum ocularem punctum, & punctos quoque diagonales oſtendens profunditatem quadri, quod in duodecim partes dividitur, vt hæ literæ oſtendunt *a. b. c. d.* fundamentum hujus figuræ deducitur ex baſi quę notatur *e.* in cujus medio ponitur rotundus crater fontis, cum gradibus deſcendentibus quorum forma quadrata eſt, ex quibus à fundamento quo innituntur figurę, deorſum verſus deſcenditur (vt figura demonſtrat) tam à fronte & ex oppoſito, quam ab vtroque latere, quæ omnia deducuntur ſecundum ſupradicta lineamenta.

XLI.

Sequuntur jam ſeptem figuræ, in quibus ſufficienter & ex ſupradictis exemplis oſtenditur, quid ex his fundamentis deduci poteſt, ad majorem notitiam inquiſitoris, cum ſuis deſcriptionibus ſequentibus.

FIgura quadrageſima prima, cum regulis & mēſuris vt ſuprà contrahētibus verſus lineas diagonales & ocularis puncti, in qua poſitum eſt ædificium Roſticę Architecturæ, cum roſticis columnis inſpicientibus, & in aqua poſitis, quarũ oculorũ acies à fronte poſita eſt, & ab vtroque latere quatuor inſpicientes columnæ, cum ſuis arcubus & fornicis à fronte, & ab vtroque latere oſtia inſpicientia, omnia ſecundum lineas ocularis puncti, & naturam artis ſeſe contrahentia.

LXII.

SEquitur quadrageſima ſecunda figura, juxta artis naturam delineata, & ad ocularem punctum ſeſe contrahens, in qua demonſtratur forum prętoriũ, cum plateis inſpicientibus. Prætorium habet ab vtroque latere gradus aſcenſiles, & ab vno latere portam cum feneſtris inſpicientibus, ab altero latere Prætorii habes fontem cum ſuis crateribus, & circa forum quędam ædificia, inter ſe diſsimilia, omnia ſeſe contrahentia ſecundum oculorum aciem, vt indagator facilè inventurus eſt.

LXIII.

SEquitur quadrageſima quarta figura ex eodem fundamento delineata, in qua ponitur ædificium cum Epyſtiliis, Zophoris & coronis, quibus ſuperſtructa ſunt duæ ſylobatæ cum floribus, inter quas conjunctæ ſunt ſignæ columnæ, ſuam habentes altitudinem, vt figura demōſtrat, ab altera parte aliud ædificium, cum inſpiciente janua Habes præterea hortum amœnum, qui columnarum coronis circunducitur; & dividitur cum pulvillis floribus & herbis ornatis, omnia ſecundum ocularē punctũ, & diagonales punctos cōtrahentia, quod ad coronas & pulvillos attinet, omnes ſuam habēt proportionē.

XLIIII.

QVadrageſima quarta figura, eodem fundamento, & iiſdem lineamentis nititur, in qua proponitur antiquum Palatium cum ſuis ornamentis, vt hîc videre eſt, ædificiũ notatum *a.* ſua habet epyſtilia, ſuos zophoros & coronas ex quibus duo ſibi invicem ſuperſtructi ſunt, zophori ornati ſunt vt decet, in medio videre eſt ambulacrum cum quatuor inſpicientibus columnis, ſibi invicem ſequentibus, cum altera columna à fronte poſita, & à latere cum fornice & portis ſive arcubus, columnę ſuam habent baſin inferius, & ſuperius ſuas coronas, cum toto ædificio ſeſe contrahente, omnia ſecundum aciem oculorum directa, & lineas diagonales.

XLV.

SEquitur quadrageſima quinta figura, cum eodem fundamento & regulis vt ſuprà, in qua videre eſt ſcala aſcendens, & alia ex eodem fundamento deſcendens. Pręterea tota ejus forma comprehendit in ſe Palatium novum, in quo apparet ambulacrum quod à fronte inſpici poteſt verſus ocularem punctum, & ab vtroq. latere habet columnas quatuor inſpicientes, & his literis notatas *a.b.c. d.* ſic etiam à latere inſpiciuntur ſingulę habentes ſuam ſtylobatam & baſin, ſuprà & infrà ſuas coronas, & ſuperius fornix innitens arcubus & portis ſupra eaſdem columnas, omnia ſeſe ſecundum aciem oculorum contrahentia, vt figura apertè demonſtrat,

XLVI.

FIgura quadrageſima ſexta ſequitur idem fundamentum & lineamenta vt ſuprà, in qua videre eſt ædificium rotundi

tundi Templi, antiqua forma constructum, cum suis ornamentis tam interius quàm exterius, quod attinet ad dispositionem rotundi Templi, illa ex quadrato fundamento deduci debet, vt antè satis demonstratum fuit, omnia lineamentis demonstrata, & cujus contractura ex oculari puncto deducitur, secundum naturam hujus artis.

XLVII.


Figura quadragesima septima, eodem fundamento & lineamentis superstructa, sicut in secunda figura demonstratum fuit, in qua proponitur patens templum nova forma constructum, cum tribus columnis ab vtroque latere, & à fronte inspicientibus versus ocularem punctum, hæ columnę innituntur stylobatis octangularibus, cum suis rotundis basis & coronis, & adhuc superius videre est fornix & arcus quibus inspicitur à fronte, & ab vtroque latere, & vlterius chorus & fornix; cujus pars inferior novis ornamentis ornata est, hæc omnia delineata sunt Scenographicè & secundum supradictũ ocularem punctũ, & puncta diagonalia contrahuntur, vt hujus artis studiosus facilè inventurus est.


XLVIII. XLIX.

Vt autem hæc præcepta eo magis studiosis placeant, & voluptatem capere possint in hujus artis fundamento, visum est nobis ita has figuras disponere & hoc ordine, vtque eo magis hæc illis placeret, adjunximus his quinque Columnas antiquas, delineatas secundum præcepta *Vitruvi*, & dispositas secundum illarum formam & mensuram, vt videre est in in hac quadragesima octava & nona figura, in qua habes in primis columnam Tuscanam, cujus altitudo in septem partes dividitur ab inferiori parte Stylobatæ, vsque ad coronam, ex quibus partibus Stylobata duas habere debet partes, columna tres cum semi, & Epystilium, Zophorus & corona vnam cum semi, ad perfectionem. Tuscanę columnę, cujus media crassitudo infrà notata literâ *a.* ostendit altitudinem tuę basis, atque etiã capituli, pręterea dividitur columna in tres partes, cujus inferior pars notata *i.* sursum versus tendit, & tam supernè quam infernè eandem habet crassitiem, duę aliæ partes his numeris notatæ, paulatim contrahuntur, & duabus partibus minor est quã pars inferior, vt duobus circulis sibi invicem impositis demonstratur, quique his literis *a. b.* notantur, vt figura apertè literis & lineis demonstrat, præterea sic quoque construitur secunda colũna, quæ Dorica vocatur, dividitur in partes octo. Tertia Ionica in novem partes. Quarta Corinthia in decem partes, cujus capitulũ eandem debet habere crassitiem, quã columna infrà habet. Quinta columna vocatur Composita, & in decem partes dividitur, sed quia hæc tenuior est, in vndecim partes dividitur, cujus mensuræ in hac figura addita sunt, singulę columnæ suas habent Stylobatas & bases, & tam suprà quam infrà sua Capitula, epystilia, zophoros & coronices. Hæ columnæ ita positæ sunt vt vnaquæque colomna suum habeat particularem punctum supra horisontem, sese extendentem ad mediam lineam capituli columnæ, quod ad capitula attinet vnumquodque suam capit distantiam ab oculari puncto, sive ille procul sive prope columnam sit, nam quo oculi minus distent à columna eò magis capitula excedunt, & quo propius eò minus, secundum lineam mediam columnæ, sic quoq. coronæ, vt in his columnis videre est, quæ Scenographicè delineata sunt, in quibus studiosus hujus artis plus animadvertet quam scriptis dici potest.


His igitur fruere, vobisque omnibus (studiosis) opto pacem & salutem, & vt his studijs operam dare possitis.

HAGÆ-COMITIS,
Ex Officinà Bucoldi Nieulandii,
Sumptibus Henrici Hondii. 1604.



I



f
Orison.
c
perpendiculi.
paralelle
base
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

2.





3.



Orison.
g
f
e
d
c
b
a
4





Orison
d
d
c
f
e
b
a
5.


Orison
a
b
c
d
e
e
d
c
b
a
6



Orizon
a
a
b
b
c
c
d
e
f
7.


Orison.
9
8.



Orison




9
10.
orizon
a
b
c
d





1604
Orison
11.




Orison
12.
a
b
c
d
e
f



Orison.
a
b
c
d
e
k
l
m
13.



Orison
14.




1604
Orison.
a
b
c
d
15.



Vriese;
Orison
Inuent.
16.


Orison.
17.





Orison
a
a
b
b
c
c
d
d
e
18.



Orison.
e
e
a
b
c
d
e
e
19.



Orison.
a
20.





Orison.
21


Orison
22.



e
Orison
b
a
23.



Orison
a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
24.




Ih exc.
1604.
orison
a
b
c
d
e
f
25.





h
g
e
f
Orison
26.
a
b
c
d



27.





Orison.
28.


29.



Orison
30.


Orison.
31.



Orison
a
32.





33.




34.



1607



vriese Inv.
Orison
36







38.


e
d
c
b
a
39
F
g
6



40.



41


42


43.



Vrise Inuent:
1604



45.




Urise.
Inuent.
Orizon.
Anno.
1604
46.




47



48. Tuſchana. 1. Dorica. 2. Ionica. 3.


10.
11.
Orison
Hh
sculp
sit
et
exc.
Anno 1604
Corinthia. 4.
Composita. 5
49.

PERSPECTIVE

PARS ALTERA,

IN QVA

Præstantissima quæque Artis præcepta, nec non eximia ac scitu digniora argumenta circa magnifica aliquot AEdificia & præclara Architecturæ decora plenè planèque exhibentur, addita brevi sed dilucida Linearum ac Fundamentorum descriptione.

In gratiam Ingeniosorum Studiosorumque hominum publicata.

Auctore Iohanne Vredemanno Frisio.

HENRIC. HONDIVS SCVLPS.
ET EXCVD. CVM PRIVILL.

LVGDVNI *BATAVORVM.*

ILLVSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO

DOMINO DOMINO

MAVRICIO,

PRINCIPI ARAVSINO,

COMITI IN NASSAV, CATSENELLEBOGEN, VIANEN, MEVRS, &c.
MARCHIONI VERÆ ET VLISSINGÆ, GVBERNATORI HOLLANDIÆ,
ZELANDIÆ, GELRIÆ VLTRAIECTI, &c.

Militum confœderatarum Belgij Provinciarum summo præfecto, earumdemque archithalasso.

Qvandoquidem, Jllustrissime ac Generosissime Princeps, Perspectivæ Artis pars prior haud inauspicatò nuper ad te ierit, ad quem, sodes, nisi ad te hæc ejusdem operis pars posterior iret? Quod faustum itaque fœlixque sit, mitto ad te deformationes aliquot & luculentissima quæque Artis exempla. Jacebant hæc confusa valdè & perturbata in schedis liturarijs Vredemanni nostri, & jacerent etiamnunc proculdubiò, nisi excitasset me singularis ille tuus amor, sive affectus sit, quo ejusmodi ingeniosorum hominum cogitationes prosequi, ne dicam venerari soles. Quod quùm non hodiè aut heri intellexissem, in id sedulò incubui, nec laboribus ullis aut sumptubus peperci, ut desideratum opus tandem aliquandò integrum prodiret. Integrum dico, nam quùm demonstrationes hæ posteriores ad priores omninò pertinerent, ita ut hæ sine illis, & illæ sine his haud decorè satis manumitti possent, priores domi tantisper detinui donec posteriores absolverentur, & ut hæ & illæ tanquam membra unius corporis junctim ederentur. Quod si cum favore tuo fiat, Jllustrissime ac Generosissime Princeps, non erit quòd malevolorum oblatrationes quicquam extimescam. Vale, & Belgicam nostram Trajano melior feliciorque Augusto diutissimè guberna. Lugduni Batavorum, 1 Martij, Anno Salutis 1605.

Excellentiæ tuæ devotissimus cliens,

HENRICVS HONDIVS.

PARTIS SECVNDAE
figura prima,

QVâ denuò artis fidem ſequuti, modum rationemque ponimus exactę imminutionis,initium ex ea capiendo baſi,in qua numeri 1.2.3. ad 15. vſque: inſuper ad id, ſub oculum quod rectà cadit, collimandum: ſectionibus à baſi ad oculum vſque delineatis, quadratum locandum punctulis, vti vides, circumſcriptum: quantum ſectio iſta duabus lineis i.i. notata vltra quadratum in ſolo ſeu fundamento coarctatur; indubie & tantum imminuetur, vti duobus id aſteriſcis hic adnotatum. Imminutio hæc major minorue,altioris depreſſioriſue horizontis reſpectu, apparebit. Itaque figuræ hujus fundamento hoc hęrentes, ad ſiniſtram columnas octo æqualiter ſitas ereximus, baſibus, plinthis,epiſtylijs,ſphęriſque ſuis conſpicuas; ad dextram metas totidem,ſeu pyramides e.f.f.g.g.h.h. ſuis fundamenti locis coaſſurgentes, treſque intermedias;ſupra infraque horizontem oculi horizontiſque lineamentis natiuam imminutionem, quo-ad ejus fieri potuit,ac debuit,commodè expreſſimus.

II.

In hâc viginti partium è fundamento apertus ſeque fugiens exſurgit Xyſtus, decem duaſque in baſi latus, in quo tres numero figurulæ, ipſaque imminutio, totidemque à ſiniſtrâ, à dextrâ duæ viſum admittentes portulæ, quibus rotondiora duo in ſeſe, pro muri craſsitie fugientia imminent foramina, vnáque cum ijs lineamenta, jntus extuſque imminutionis debitæ, ſecundum artem noſtram, perſpicua ratio.

III.

Documentum egregium tertia hæc fundamenti præſtructi figura 11. & 12. partis noſtræ figurarum æmula, quâ, quò partes diſlocatæ diſiectæque modo coaptandæ, plenius demonſtratur, quà, ſuprà quáque infrà horizontem: quumque figura hæc facilè præductis lineis declaretur, ſtrictim rem luſtrabimus.

IV.

Quo-ad quartam, prædicto fundamento & lineamentis ob oculos poſitam, firma certaque ſanè ea Architecturarum Perſpectiuo modo moliendarum regula & fundamentum, juxtà exactiſſimam partis primæ contractionem, quatuor ſeſe in-vicem ſequentibus in columnis lineis trâſapparentibus oſtenſam; quę a.b.c.d. inſignitę ſuam fundamenti partem tenent, quarum contractiones ab oculo & horizonte (vti è tribus oculi lineamentis videre eſt) e.e.e. notatæ, parte alterâ f.f.f. imminutio debita ab ima parte, ſummà oppoſitæ prædictarum columnarum ſectiones quadratæ. Medietatē foraminum decuſſatâ ab vno ad oppoſitum angulum directa linea inuenies, vti hiſce g h.& i.ad k. demonſtratum vides; vnáque hîc è fundamento emergentem ſeſeque imminuentem gradum, parteque altera ſeſe aperientem Architecturę partem lineis Artificiosè deformatam.

V.

Quintę hujus figurę parte vnâ elegans apparet ædificium, ſimulque ſeſe imminuens, tribuſq; columnis innitens ambulacrũ; alterâ viſum in ſe admittens camerę quadratum infrà horizontem, vnà & ſupra eam nobis lacunar obuerſum, paulò altius planities, cujus aſcenſio lineis duabus a.b. perpendicularibus oſtenditur, januę ſeſe contrahentis apertio duabus in horizonte lineis c.d. delineatur, vnáque feneſtrarum apertura, reliquaque hîc omnia oculi lineamentis evidenter commonſtrata.

VI.

In hâc Ædificium vno Arcu antrorſum, quatuorque vtroque latere connuentibus in ſeſe arcubus concameratum, piliſque quatuor Tuſcana effigie innixum; in quo planitiem ſurſum vergentem piliſque recedentibus exſtructam vides, eámque infernè ſurgentibus correſpondentem. Fundamentum vna hîc intueris lineamentis ratione oculi horizontiſque diductis artificiosè denotatum.

VII.

Hujus figuræ fundamento perſpectiua ratione fundato, vtrimque columnæ recedentes & paulatim ſeſe contrahentes conſpicuæ, medium, vti vi-

des, ſeptem ſegmentorũ ſeu partium eſt, triũ intermediũ, partem vnam prędictarum columnarum plinthi occupant. Horizon ſuprà capitula ſeu epiſtylia deſcriptus, ad fundamenti, columnarumque ſeſe contrahentium ſitum adſpectumque demonſtrandum: quod oculi lineamentis, horizontiſq; punctulis ſolidè ſatis hîc oſtenſum; quumque columnarum capitula horizontis altitudine circumſcribantur, æquè tamen imminutionem oculi ratione, dicente id figurâ, ſortiuntur.

VIII.

Octaua eodem quaſi fundamento, lineamentiſque depicta, ædificium exhibet quadratum, columnis ſedecim ſubfultum, quarum tribus à baſi ſegmentis vnaquæque diſtat. Horizontem cernis depreſſiorem, oppoſitum vti viſum præeuntium commodius intuearis; vbi capitulorum ad coaxationem planiſſimam ſitum, contractionemq; oculi lineamentis & horizontis punctulis deductum, videre poſſis.

IX.

Nonâ ad normam Perſpectiuę ſtructâ regium contemplari eſt palatium, viſum à latere admittens, treſque diuerſos à fundamento deſcendentes gradus a.b.c. notatos, vnumque adſurgentem, quo ad palatij prothyrum aſcendas, quatuor id columnis ſubductum ac ſuſpenſum, quatuorque parte ſuperâ arcubus tranſparentibus teſtudineque conſpicuum: ad ſiniſtram ecce & metas duas hortumque ad oculum decreſcentes, arcuque curuli circumſeptum: in medio regiam quaſi triumphalem oculi lineamentis, horizontiſque punctulis, vti reliqua, delineatam.

X.

Decimâ hâc figurâ videre eſt baſilicam, duobus antrorſum arcubus viſum intromittentibus, quatuorque vtrimq; peruijs ornatam: ad ſingulas horum portulas columnæ ſtylobatis innitentes, erectæ: fabricæ hujus anteriora, poſterioraque, vti & inferiora, ſuperioraque lineis punctualibus inque horizontis punctum corradiantibus deſignata; quibus hæc conſiſtit fabrica, quæ ſanè inſana, & baſilica, in Doricâ demonſtrata, ornatui ejus contracturæque lineamentis prædelineatis haud diſconueniens.

XI.

Vndecimâ hâc intuere arcũ triumphalẽ, eumq; peruiũ, lineamentis radiatum, duobus antrorſum peruijs fornicibus, paulatimque ad oculum, horizontiſque lineas decreſcentibus, exſtructum; quarum & imminutio infernè ſurgens, & lateralis euidenter apparent. Situm hujus ſequens figura plenius, vti & quarta, ejus fundamentum delineauit.

XII.

Duodecimâ præmonſtratum arcum illum octangulum hîc contemplamur, antrorſum columnæ duę ſtylobatis ſtereobatiſque infrà, capitulis verò ſuprà horizontem conſpicuæ: altius epiſtylia, zophoros encarpa, metopas & coronices, præterq; ea ornatus alios ineffabiles eſt admirari. Ad angulos Pyramides ſtylobatis ſuis innitentes; infrà ſubſtructiones ratione oculi, horizontiſq; ſeſe contrahentes; quarum quoq; fundamentum figura præcedente artificiosè lineamentis effigiatum eſt.

XIII.

Tertiæ decimæ fundamento eodem, lineamentiſque, vt ſuprà, ob oculos poſitæ, auguſtum parte vna vetuſtæ architecturæ cernitur palatium, magnificumque ſeu baſilicum à latere podium, quatuor è ſolo gradubus adſurgens, duabuſque ambitum admittentibus columnis Doricis, ſtylobatiſque ſuis proportionaliter altis adornatum; ſuprà has & duæ aliæ, vnáq; porticus adfabrè deformatus, teſtudinem ſupernè ſuſtinens: parte oppoſitá lacus obuius, penitius intuenti plenior planiorque oculi intuitus obuerſatur, nimirum palatium regium columnis ſubtus æqualiter ſitis xyſti inſtar perfiguratum. Videre inſuper hîc feneſtras intus quaſi recedentes, æqualiterque interſtantes columnas. Hiſce altius lorica apparet coronaria, vnáque turris quadrangula ornamentis ſuis haud deſtituta, vti hîc oſtendit fabrica; arte Perſpectiua artificiosè elaborata; horizon lineis punctim interruptis, vti vides, figurata.

XIIII.

Decima quarta fundamento menſurâque ſuperiori deformata, in qua baſilici palatij ſpectaculum, cui præfinitam non damus menſuram, niſi quod columnarum craſſitudo menſuranda, prout opus grandius ac ponderoſius ei imponendum. Fabrica hæc antrorſum podio pulcherrimè peruio eminet, quatuor columnis innixo, ſtereobatis, pedibuſq;, vti & coronis, alijſq; ornamentis, opere ſcilicet incruſtato, admirabili. Hiſce porrò quatuor vtrimque columnæ teſtudinem triplicem ſuſtinentes adjunctæ peruiæ. Altius oculis ſi exſpatiere, intuentia te mirè incruſtata ornamenta admirabere; cunctaque artificioſiſſimè elaborata. Columnæ hę, vti videre, quatuor è baſi à ſeſe inuicem ſegmentis diſtantes; reliqua ad oculum horizontemque ſecundùm artem imminui facilè quis intuetur.

XV.

Hâc plura, eaque baſilicæ architecturæ amænâ plateæ viſum intromittentis imagine cerne domicilia, ſingula ſingulis ſuis ornamentis euidentia; fundamentum è pręcedenti facilè quis intelligit; lineamenta ejus quod hîc nulla, in cauſa plateæ delineatio eſt; oculus tamen ipſuſque horizon cooſtenſi, qui fabricæ hujus veluti capita.

XVI.

Tria hîc documenta comprehenſa, quorum primum arte Perſpectiuâ expeditum conſtituendi modum condocefacit, ſecundùm legitimam partis primæ contracturam, initium ab ea ſumendo baſi, quatuor vbi partes æquales propoſitæ, quarum medio duæ ad latera relinquendæ: inde diagonali ductâ lineâ, & quo coincidunt medio, aſteriſco denotatâ, parallela inducenda: inſuper omnes hîc ad hexagonum adimplendũ ex vnâ baſi inuenies angulos. Eccè etiam ſecundum infrà horizontem hexagonum, ſex lineis perpendicularibus delineatum a.b.c.d.e.f. vnáque ex ijſdem ſuprà horizontem tertium: anguli numeris 1.2.3.4.5.6. hîc deſignati. Documentum hoc ſequenti figuræ mirè ancillatur. Latere oppoſito Perſpectiuâ planâque ſuperficie oualis circinandi rationem vides, quod communiter ſeſquirotundum depingunt, loco, quo circulus crucem induit, centrum figentes, ambitumque eo pacto circumducentes, cujus longitudo ſex, latitudo quinque & dimidiam ſortiuntur partes, plano Perſpectiuoque, vti vides, modo demonſtratas.

Videre etiam harum medio peculiare æqualium partium in baſi fundamentum, idque contractum, octagonum breuiter Perſpectiuéque demonſtrandi causâ: diagonalis ab 1. ad 2. & à 5. ad 6. ſimul ad vnum vnius lateris punctum ducenda, item ab 8. ad 7. & à 3. ad 4. ratione horizontis ad alterum latus, duas interlinquendo partes medias; vnde octagonum adſtruere in procliui eſt. Hujus in ædificanda fabrica vſum inire ſi deſideres, quemque angulum erige perpendiculariter, vti id in ante cælato hexagono declaratum. Tres hæ doctrinæ ſecundùm primæ partis contracturam arte Perſpectiua ob oculos poſitæ, vti id oculo, ipſiuſque horizontis lineamentis demonſtratur.

XVII.

Decima ſeptima ejuſdem quaſi fundamenti figura hexagona perpendiculariter erecta eſt fabrica, quatuor columnis innixa, totidemq; arcubus peruijs figurata, mediâ ſui parte fornicem rotundo foramine peruiam oſtendens, cujus medium à latere lineis decuſſatis hîc demonſtratur, concamerationes antrorſum è circulo deducimus, hæc Perſpectiua, peruiáque, quo ad hîc ejus fieri poteſt, cælata eſt fabrica, ad oculum horizontem lineamentis manifeſtè delineata.

XVIII.

Hæc eodem, vt ſuprà, fundamento menſuraque figurata, qua crater conſpicitur fundamenti partes octo quatuor lateribus a. a. a. a. occupans, quæ inferiora verſus eo-tenus demittendæ, quo crateris profundum finiri velis; extra quadratum hocce quatuor adſpergini ſemirotundæ deſignatæ partes, quadrato ipſi vtrimque duæ: fundamenti profunditas ipſius medio b. litera, ſurſum verò c. ſecundùm hanc doctrinam commonſtratur: è fundamento perpendiculares punctulis diſcretæ lineæ infrà horizontem deductæ. Etiam ex omnibus crateris angulis & alterum delineari ſubapparet, ex quo quis alias craterum probè conficiendarum ſpecies altiores depreſſioreſue, oculi horizontiſque lineamentis delineatas, artificiosè adinueniet.

XIX.

Decima nona ex eodem fundamento, quo precedens, fabricata, ornamentis ſuis videlicet fons admirabilis, oculo, horizontiſque lineamentis demonſtrata, cujus antè poſitâ, ſtructura eſt delineata. Huic vna parte addita triplici in ſe viſum ſuſcipiente fornice illuſtris fabrica; hortus vnáque ædificium arte Perſpectiva ad oculum, ipſumque horizontem artificioſiſſimè decreſcens.

XX.

Vigeſima hæc ædificiorum ſtructuræ intelligendæ eorum inſeruit, quæ ab infera parte Perſpectiuè ſuſpicere datur, vti octagona hîc id docet ſubſtructio, à cujus initio linea oculum peruadens notata [a]. litera ducenda, dein & ſuper anteriores à te angulos ad prædu͏ctam alia [b]. litera oſtenſa, fingenda linea: id quod & altera parte agendum, à ſtylobata ad capitulum, atque ita ad prænominatum oculum collimando, quò duæ illæ [b].[b]. mutuò ſe ſecant lineę, quod quadrati peruij medium oſtendit ſatis. Etiam hîc columnarum ſitum, lineaſque ex oculo eductas [f].[g].[h].[i].[k].[l].[m]. notatas, inuenire eſt; vnâque hîc operâ columnarum contractura, ſituſque, & quæ huc faciunt, reliqua, ob oculos euidenter poſita. Porrò [c].[d]. eodemque puncto [b]. litera notata imminutionem indicat altiorem. Inſuper lineis alterâ parte notatis, contractura ſecundùm altitudinem ſatis artificioſè hâc deſignatur.

XXI.

Sequenti quinta & vigeſima fundamento modoque Perſpectiuo figuratâ, magnificum quatuor columnis innitens oculi ratione videmus ædificium, quas ſuprà Epiſtylia, Zophori, & Coronices conſpicuæ, Paulò altius columnæ, loricaque ſuperimpoſita: altius adhuc, ecce ambulacrum præcedenti adſimile, Perſpectiua ſeſe arte imminuens: ædificium hocce juxta adpoſuimus viſus ſurſum adſpicientis imagine, ab Epiſtylijs inferis ſurſum vergēdo. Situs hujuſce ratio in præcedenti ſatis euidens, hæc verò memoriæ confirmandæ, irritandoque deſiderio ſuper addita eſt.

XXII.

In hâc ædificium à ſuperâ parte modo Perſpectiuo viſum admittens figuratur, cujus licet doctrinam figurâ partis primæ 39. proponebamus, tamen & hanc ſcitu vtiliſſimam adponendam arbitramur. Situm hujus intelligendi ergò, quadratum fundamentum infrà ponendum, ſuperiori figurâ delineatum, hoc coagmentatas videre eſt columnas erectas, quarū per medium ex oculo ad ſummum vſque ducenda linea eſt. Hîc quóque ſuprà ſe inuicem columnæ, altiuſque erectæ Pyramides conſpicuæ, & oſtenſæ. Hinc generis varij porticus oculi ratione viſum admittentes doceris, quarum ſitum totiuſque ædificij, vnáque inferi, ſuperique fundamenti ſectiones ad punctum obuerſum demonſtratæ, quod totius rei hujuſce caput. Imo quoque fundamento cernere eſt oculum, cujus ratione ædificium à ſummo deorſum imminuitur, ſecundùm fundamenti modum Perſpectiuum.

XXIII.

Penultimâ hâc ſepulchrum nobile, columniſque quatuor peruijs illuſtre, ſtereobatis, capituliſque ornatiſſimis deformatum oſtentamus; cujus fundamenti ſitū, attis candidatus è quarta hujuſce partis figura, facilè inueſtigabit; quam hujus operis coronidem relinquimus: ſperantes moleſtiſſimam precioſiſſimamque induſtriam ęqui bonique conſultum iri.

COMPENDIOSA INCVNABVLORVM ARCHITECTVRÆ, HVIVSQVE XXIIII. FIGVRÆ, COLVMNÆ DORICÆ, QVATVOR SEQVENTIVM capitis, enarratio.

Sequens hęc tertia & viceſima ſymmetriarum rationem inculcat, quâ columnam Doricam videre eſt, quæ (ſi fides veteribus) fons, & origo reliquarum ſtatuenda: quo-ad hujus originem, ſciendum à Doro nomen illi inditum: is enim ad Achaici & Peloponneſiaci imperij gubernacula ſedens, Argos condidit, inque ea primum (vti ferunt) Phanum Iunoni conſecratum:


vrbes etiam nonnullæ ad hujus exemplar conditæ. Athenienses communi consensu in Asiam profecti, varias ibidem vrbes construxerunt, DiisqueEthnicis Phana constituerunt, Apollini, Pandionique prima, ad eorum videlicet, quæ in Achaia, effigiem, quæque ab vrbe Doro, dicta Dorica. Desiderio columnas erigendi jam flagrantes, virilis personæ, quùm eas sex ejus pedes altas viderent, rationem habuerunt, quibus in columnarum fabricis vsi, in altitudine eum sexties, vnà adsumpto Capitulo, duplicando: posteriores huic ornatus ergò vnum adstruxerunt. Haud diu post Ionica secundùm muliebrem analogiā adinuenta, quæ quùm pede viris inferiores, diametrum ejus octo dimidijque, crassitudinis inferioris respectu effecerunt. Hisce demùm vnum addiderunt, eumque tenuiorem, virginei pedis tenerioris æmulum: hinc architecturæ prima incunabula.

Doricam huic operę vna opera subjunximus, ejusque nomina vsitatissima, legitimasque à Plinthis ad Capitula vsque mensuras addidimus, in vsum eorum, qui hęc quodammodò capiunt, quosque artis hujusce vocabula prę-tereunt, quę ex antiquissimis architectonicę rei fontibus, Vitruuio, alijsque, petita. Stylobatæ symmetriam ostensuri, à Plintho fundamentali duarum columnarum latitudinem occupante, altitudinemque trium columnarum crassitudinis adęquante, exordiemur, qua in octo partes inferius diuisa, è sex partibus stylobatam educemus, duasque projecturę relinquemus, vnam earum altitudine adimplet plinthus, alterā basis obtinet, Cymatium superum æquè latū, adnumeratis vnà Coronis, incrustatisq; Trigliphis, Metopis, Tenijs, atque Guttis; tùm spira, stylobatæ latitudinem exæquans, imponenda, cujus ratio est, quod crassitudo vnà cum plintho columnarum semi-latitudini respondeat, projecturaque, Ecphora, sextam partem teneat: quatuor columnis relinquuntur, ita vt longitudine, latitudinéque, sesqui-crassitiem columnarum obtineant. Spiræ Doricæ summitas ad tertiam columnæ crassitudinis diuiditur partem, reliqua plintho relinquuntur; sine plintho in quatuor dispartimur partes, ex vna superior conficitur Thorus, tres reliquæ in duas diuiduntur, ex quarum vna Thorus inferior, è reliquis Quadræ & Scotia, quos Trochilous adpellant Græci. Columna hæcce viginti strijs sulcari potest; Capitulum columnarum inferioris crassitudinis dimidio altitudine correspondet, cujusque in tres partes ęqualiter diuisi partem vnam plinthus vnà cum Cymatijs habet, alteram Echinus, tertiam Hypotrachelium tenet. At priusquam vlterius feramur, sciendum columnarum crassitudinis inferioris dimidium in duo diuisum totiùs structuræ haberi Modulum, atque ita Dorica duos infrà Modulos, suprà vna cum Capitulis quindecim alta est. Epistylij altitudo vnius cum Tenia, Guttisque, Moduli. Tenia septimam Moduli sortitur partem, Subtenia cum Guttis respectu Trigliphorum, partem sextam adæquat: inferior Epistylij latitudo Hypotrachelio respondet. Superis columnarum Epistylijs Trigliphi, Metopæque sesqui-Modulum alti superimponuntur; Trigliphus latitudine vnum adęquat Modulum; Trigliphi parti sextæ latere vtroque decedit dimidium, ita vt quinque partium reseruētur. Metopæ inter Trigliphos figurantur quadratæ, Trigliphorum Epistylia sexta habentur pars Moduli; suprà Epistylia Coronices in ipsis Ecphoris deformantur. Quo-ad Cymatium Doricum, dimidium, sextamq; Moduli partem suprà, infráque nanciscitur, quod cuique è figura 24. euidētissimū: Hinc aliarum columnarum fabricandarum modus, normaque facilè obuenient. Atqui hæc breuiter, quæ ad 2. partis Perspectiuam dicere necesse habebamus, orantes hisce, obtestantesque artis studiosissimos, industriā, laboremq; amicè amplecti, eundemque sedulò, candidéque perscrutari, vti gestiant: quibus lampadem præferendo, conatus, industriamq; cùm irritare, tùm & excutere ope nostrâ conati sumus, etenim relicta adhuc alicui fomenta gloriæ. Vale.


FINIS.


LVGDVNI AD RHENVM,
HENRICVS HONDIVS CÆLATOR.
Anno 1605.


Corrigend. Figur 2. rotundiora. nostram. Fig. 3. egregium. Fi. 4. fundamenti. Fig. 5. in deleto &c. valeto.





Orison.
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15



Orison
2



Orison
3



1605
Origen
4


Orison.
a
b
c
d
5



Orison.
6


Orison
7


Orizon
S
D



a
b
c
9



Orison
B. Sculp.
10



11



Orizon
12


13





P V. inv. Hondius sculp.



15.




16



Orison
17



Orison.
a
a
c
b
a
a
18



B. sculp.
19





20




19
21




VRIESE
INVENT
23


DORICA
prima origo quinque columnarum.
o cimatium
n. plinth.
m. echinus.
l. hipotrachelium.
i. thorus.
h. trochil.
g. quadre.
f. thorus.
e. plinth.
d. cimatie.
c. corone.
b. basis.
a. plinth.
x. corona cum cimatijs.
v. gutte.
t. capitellum triglipbi.
s. triglipbos.
r. subtenia.
q. tenia
p. epistilium.
methopa
modul.
k. Spira.
Ichnographia.
A
B
24.

Schab
DSS
1969